



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. An saltem qui habet Bullam Cruciatæ in Sicilia, Hispania, &c.
satisfaciat præcepto audiendi Missam in dictis Oratoriis? Ex p. 9. tr. 1. r. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

monitis & exhortationibus suorum Episcoporum obtemperare.

3. Nota tamen quod supradicta sententia obstat nouissima declaratio Sacrae Congregationis Concilij, facta sub die 14. Nouembris 1648. Priuilegium Bullae Cruciae non suffragari pro huiusmodi Oratoriis, & Altaribus ac Missarum celebratione. Sed Aliquis possit dicere Sacram Congregationem loqui de Oratoriis comprehensis sub prohibitione Pauli V. ut erat quoddam Oratorium de quo petebat Episcopus Caluritanus: Verum in casu nostro Oratoria sunt Auctoritate Apostolica erecta, & designata, ac approbata ab Episcopo, ut praecipit Pontifex: In his enim Oratoriis asserunt citati Doctores suffragari Priuilegium Bullae: ergo non comprehenduntur in dicta declaratione. Vel dicendum est, Sacram Congregationem intelligere Priuilegium Bullae non suffragari, ut quis, eius virtute, possit erigere Oratorium in Domino absque alia dispensatione Pontificis, ut Palaus, & alij voluerunt; non autem quando Oratorium erectum est ex indulto Pontificis, & approbatum ac designatum ab Episcopo, ut praescribitur in licentia Pontificis. Si vero sensus Sacrae Congregationis fuerit, etiam istum Casum in dicta declaratione comprehendere, eius determinationi me libenter subiicio; semper enim ego purpuratorum Patrum Responso veneratus sum.

RESOL. LV.

Sup. hac prima diff. in Ref. 1. not. seq. & lege §. penult. & vlt. Ref. praeterita.

An in priuatis Oratoriis cum licentia Summi Pontificis approbata ab Ordinario licitam sit virtute Bullae Cruciae non solum in diebus concessis sed etiam in Festiuitatibus prohibitis, celebrare & ibi Missam audire?

Et quid tempore interdicti? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Res. 76.

§. 1. **S**uppono licentiam celebrandi in aliquo Oratorio priuato, ut patet ex eorum tenore, multas condiciones habere, & praesertim quod a dicta licentia celebrandi & audiendi Missam in dictis Oratoriis excipiantur dies Paschae resurrectionis, Pentecostes, & alia festa solemnia; quaritur modò an Episcopus possit prohibere habenti Bullam ne celebrare faciat, vel Missam audiat in Oratorio aliàs approbato, etiam in supradictis festiuitatibus? Et negatiuè respondeo cum Aegidio Trullench in *exposit. Bull. Cruciae. lib. 1. §. 3. dub. 4. num. 11.* quia vigore dictarum licentiarum solum licet cum limitationibus & conditionibus ibi contentis in Oratoriis celebrare; at supposita Oratorij approbatione per dictam licentiam Pontifex per Bullam Cruciae concedit, ut possit in eo celebrari absque limitationibus supradictis, eo quod talis licentia, ut patet in Bulla Cruciae, conceditur absolute & sine temporis & personarum differentia. Sic etiam Parochus ex vi suae approbationis solum possit suas oues absolueri, at supposita approbatione, si ab habente Bullam eligatur, potest alienas non vigore suae approbationis, sed quia supposita approbatione Papa ei per Bullam iurisdictionem confert; sic in hoc casu, etsi nunc in aliquo Oratorio modo quo supra approbato solum possit strictè & limitatè celebrare & audiri Missa virtute approbationis, at supposita ea approbatione per Bullam Cruciae Papa de nouo confert absolute licentiam celebrandi & audiendi Missam, quod insinuare videtur ipse Pontifex, qui non inmemor supradicti decreti post illius promulgationem in Bulla confert supradictam facultatem, & concedit Commissario facultatem suspendendi ea, quae sunt Bullae contraria. Vide etiam

Sup. hoc & doct. seq. huius Ref. vid. sup. Ref. 28. à princ. vique ad §. penult. & pro parte lege inf. doct. Ref. seq.

praeter Trullench Rodriguez in *addit. ad Bull. Cruc. §. 5. num. 1.* vbi sic ait. [Nota que no solamente se concede aqui licencia para que se pueda decir Missa en tiempo de entredicho en oratorios priuados visitados por el ordinario mas aun en qualquier otro tiempo, y esto da a entender claramente la Bula plumbea, ibi, *etiam tempore interdicti*, la qual dición etiam da claramente a entender que se concede esta licencia para todo el tiempo; y porque en tiempo de entredicho auia mas dificultad aña de la Bula] etiam tempore Interdicti. Igitur, ut dictum est, licet in Oratoriis priuatis approbatis ab Ordinario non possit celebrari nisi cum limitationibus appositis à Pontifice in eorum licentiis, tamen supposita dicta approbatione vigore dictae licentiae postea per Bullam Cruciae absolute in illis quis celebrare potest, & Missam audire, quod est valde notandum à Confessariis.

RESOL. LVI.

An saltem qui habet Bullam Cruciae in Sicilia, Hispania, &c. satisfaciatur praeepto audiendi Missam in diebus Oratoriis? Ex p. 9. tr. 1. Ref. 4.

§. 1. **A**ffirmatiuè olim respondi, & hanc sententiam ex Rodriguez, Trullench, & aliis tenent Pater Bardi in *Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 1. num. 7.* & patet ex verbis Bullae, per quae Pontifex absolute concedit, posse in Oratorio priuato, si fuerit deputatum ad diuinum cultum, & ab Episcopo approbatum fieri sacrum, vel illi assistere; neque restringit priuilegium ad tempus interdicti tantum, ut indicat dictio illa, *Etiam*, quae est explicatiua, & augmentatiua, sic enim dicitur. [Possunt dicto anno durante in Ecclesiis, in quibus aliàs Diuina Officia interdicti durante quomodolibet celebrare permillum fuerit, vel in priuato Oratorio ad diuinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, &c. Missas, & alia Officia Diuina per seipsos, si Presbyteri fuerint celebrare, vel per alium celebrare facere, &c.] particula enim illa, *Etiam*, denotat facultatem hanc pro omni tempore esse concessam videlicet, tum pro tempore Interdicti, tum pro alio tempore, in quo non est Interdictum; & quia poterat esse dubitatio pro tempore Interdicti, idcirco per ipsam particulam voluit Pontifex pro tempore Interdicti eam comprehendere, & de illo expressam mentionem facere. Et idè si Pontifex noluisse priuilegium extendere extra tempus interdicti, non debuisset apponere dictionem implicatiuam; quae de natura sua exprimens casum magis incertum, implicat minus dubitabilem, ut quam plurimorum auctoritate, & variis iuribus ostendit Augustinus Barbosa de *edit. vsu freq. dist. 112. num. 1.* & talis est ordinarius, & consuetus loquendi modus inter homines, nam si quis verbi gratia dicat: Petrus contemplationi rerum diuinarum, etiam nocturno tempore vacat, loquutio ista significat, Petrum non solum in contemplatione se exercere tempore illo expresso; verum etiam horis diurnis; aliter superflua foret dictio implicatiua, & esset omitterenda.

2. Nec obstat dicere in Bulla nullibi inueniri facultatem celebrandi, aut Sacro assistendi, extra Interdictum: quia licet tempus Interdicti exprimitur; nihilominus per dictionem implicatiuam dispositio Pontificia ampliatur ad aliud tempus extra interdictum. Si verò quis contra argumentetur assumendo priuilegium istud esse odiosum, atque adeo non ampliandum. Respondere possumus in dictione implicatiua esse vim ampliatiuam, seu augmentatiuam, non

non solum in rebus fauorabilibus, sed etiam in odio... Nota tamen Lector, omnia supradicta ne corrumant, stante declaratione S. Congregationis...

deuotione virtute Bullae non possit Eucharistiam sumere in Oratorio domus suae, vel sine Bulla in Ecclesiis Regularium, dummodo satisfecerit, vel animam satisfaciendi habuerit praecipuo fumendi Eucharistiam e manibus proprii Parochi in propria Parochia.

Sup hoc adnotato inf. in tr. f. Ref. 723. & sup. in Ref. 44. recitauer in §. vi. & in Ref. 46. §. Nota. sed vide ea a princ. & in quatuor primis lin. huius Ref.

RESOL. LVII.

An in die Paschatis virtute Cruciate possit quis in Oratorio priuato alicuius domus sumere ex deuotione Eucharistiam, vel sine Bulla in Ecclesiis regularium? Et an virtute Cruciate possit aliquis sumere Eucharistiam ab alio Sacerdote sine licentia proprii Parochi? Ex p. 4. n. 4. & Misc. Ref. 81.

3. Non praetermittam tamen hic adnotare non solum Suarez, sed etiam Tannetum in 3. part. disput. 5. quest. 8. dub. 8. num. 187. Auilam de censur. part. 5. disput. 4. sect. 1. dub. 8. in fine, Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 1. Trullench ubi supra in Bulla Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 8. num. 4. & alios docere virtute Cruciate non posse aliquem sumere Eucharistiam ab alio Sacerdote sine licentia proprii Parochi; sed ego, vt dixi, opinionem Valquez puto probabilissimam, & tutam in praxi, quam nouissime sequitur Petrus Ochagaui de Sacram. tract. 3. de ministro Eucharist. quest. 4. numero. 16.

RESOL. LVIII.

An in Oratorio priuato virtute Cruciate possit quis sumere Eucharistiam in die Paschatis, si illam prorsus sumperit in Parochia ad satisfaciendum praecipuo? Et inferitur virum Nobilem, qui habet Indultum a Pontifice de Oratorio priuato, posse virtute Cruciate audire Missam in illo die Paschatis non obstante prohibitione dicti Indulti, & sumere Eucharistiam a Sacerdote seculari, vel Regulari in praedicta die; dummodo illa Communio non sit Communio Paschalis idest, vt praecipuum annualis Communio adimpleat. Imo, si habens Oratorium ob instam causam non potest Ecclesiam adire, vt in Paschate, ad implendum praecipuum Eucharistiam recipiat petita a Parocho licentia, & iniuste negata, vt in eo adimpleat, si habet Bullam Cruciate, potest adimplere in supra dicto Oratorio. Ex part. 9. tract. 1. Ref. 25.

§. 1. Negatiue respondet Trullench in Bull. Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 7. num. 8. quia hoc priuilegium est contra ius commune: nam solis Parochis, vel illorum Superioribus, & Pastoribus de iure communi competit sacra Eucharistia ministratio, ideoque talia priuilegia stricte, & non ample sunt interpretanda, dato aliquo in quo operentur aliquod ius: at etiam si excipiatur prima dies Paschae, dantur quamplurimi dies, in quibus sufficientissime per totum annum dicta priuilegia sortiuntur suum effectum: ergo restringenda sunt, & minime amplianda. Nec obstat cap. Omnis, nam ibi non exprimitur dies Paschae; sed tantum praecipit, vt in Paschate Communio recipiatur, eodem modo, quo praecipit erat in cap. Et si non frequentius, & cap. Omnis homo, de consec. dist. 2. tempus autem Paschae secundum communem, non solum primam diem, sed etiam octo ante, & post comprehendit.

2. Sed affirmatiuae sententiae ego alibi adhaesi, & me citato, cum multis aliis, idem docet nouissime P. Bardi in Bull. Cruciate, par. 2. tract. 2. cap. 4. sect. 1. n. 12. [Probatur haec sententia ex fine adaequato, quem habuit Pontifex ad excipiendum Paschalem Communione: nam motus est ad limitationem hanc, vt fideles recognoscantur a proprio Parocho in receptione Eucharistiae facienda ex praecipuo tempore Paschae: at si ponamus aliquem iam hoc praecipuum adimpleuisse communicando in Parochia, & a proprio Parocho; non tenebitur amplius pro eo anno communicare: ergo, si ex deuotione sacrum cibum sumat die Resurrectionis in alia Ecclesia, aut in Oratorio, & non in Parochia, non videbitur contra aliquod praecipuum agere.

Alibi in Ref. praeterita.

Contra Suarez, satis firmani probabiliter in mea 1. part. tract. 11. resol. 20. posse aliquem virtute Bullae Cruciate sine licentia Parochi accipere Eucharistiam de manu simplicis Sacerdotis: nunc queritur, an hoc efficere possit in Oratorio modo quo supra in ipso die Paschatis; Et negatiua sententia magis placet Agido de Trullench in exposit. Bulla Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 7. num. 9. quia putat in illis verbis, cap. die Paschatis, non solum intelligi communionem tempore paschali, sed quae fit ipso die Paschatis. 2. Verum ego cum Suarez in 3. p. quest. 82. art. 3. disp. 7. lib. 3. ver. censeo igitur. Fagundez praec. 3. lib. 1. cap. 7. num. 8. & 9. Layman lib. 5. tract. 4. cap. 7. numero 4. Coninch in 3. part. quest. 81. art. 3. num. 11. Miranda in Mensal. Pralat. tom. 1. quest. 4. art. 2. Ludou. de San Juan in summ. quest. 8. art. 3. dub. 1. de Sacram. Euchar. Fillucio, & Peirino ubi infra, puto in dictis verbis summum Pontificem excipere communionem paschalem, non materialiter, id est, quae in die Paschatis fit, sed formaliter, seu prout est praecipuum in lege quae praecipit semel in Paschate communicare, & ideo qui impleuit praecipuum ante Pascha, vel impletus est immediatè post intra illos octo dies, potest ipso die Paschae in Oratorio domus suae sumere virtute Bullae Cruciate Eucharistiam ex deuotione a simplici Sacerdote, quod etiam de omnibus aliis dicendum est sine Bulla, si sumant Eucharistiam modo quo supra in Ecclesiis Regularium, vt testatur Suarez, Fagundez, Layman, Coninch, Miranda, & Ludouicus de San Juan locis citatis, quibus etiam addi Fillucium tom. 1. tract. 4. cap. 9. numero 265. Peirinum in primleg. Minim. tom. 1. constitut. 1. Julij I. §. 32. numero 80. Praepositum in 3. part. quest. 80. articulo 1. §. 1. num. 60. omnino videndum, & Villalobos in summa tom. 1. tract. 7. difficult. 47. num. 4. vbi sic ait: [En sus proprias yglesias pueden los Religiosos el dia de Pasqua dar la Eucharistia a los Seglares en contratiuum ex Azorio & Nauarro asserat Trullench ubi supra, quibus adde Syluium in 3. part. D. Thom. quest. 80. art. 11. quariur 1. concl. 2. Et ratio supradicta est, quia Pontifices reseruauerunt in Bulla Cruciate, & in priuilegiis concessis mendicantibus illum diem Paschatis, intendentes vt saltem semel in anno omnes Parochiani suo Parocho se praesentarent in communione fumenda: qui autem se praesentauerunt, v. g. die Iouis Sancti, iam praecipuum impleuit & qui intendit se praesentare in die aliqua infra octiduum, intendit tempore congruo praecipuum adimplere, & ideo menti Pontificum satisfecisse videtur, vnde non apparet quare in ipso die Paschae quis ex Tom. IV.